

bat Victoria in sua summa, tit. de excommunicat. quæst. 7. & ita est tenendum, quamvis Caietanus 2. 3. quæst. 7. art. 4. ad secundum, teneat, quod hic excommunicatus iniuste ratione causæ, quia innocens est, possit communicare sine scandalo in secreto: id quod ex epicheia concedit Victoria ubi supra, & latissime cum Caietano & Paludan. probat F. Martinus Ledesmus in secundam quartam, qu. 23. artic. 4. per tot. usque ad fin. dicens esse hoc probabile, ut prædictus excommunicatus, licet falso probatus sit nocens, non peccet participando occulte & sine scandalo cum aliis in Sacramentis, nec publice sine scandalo & contempu, quamvis teneatur quærere alia remedia iuris, alias peccaret: & quod quantumcumque publice cum scandalo ingerat se Sacramentis, non peccat, nec celebrando efficiat irregularis quoad Deum: communis tamen sententia 35 supradicta Doctorum in hoc est tenenda. Si vero sententia excommunicationis tantum est iniusta ex defectu notabilis ordinis iuris, ligat in utroque foro secundum omnes, ut testatur Cordub. ubi supra, in 2. puncto, in versic. si vero.

36 Quamvis tamen hæc ita se habeant in sententia excommunicationis iniusta, fallunt tamen atque locum minime habent in sententia excommunicationis nulla: quam quidem non oportet timere, quia cum sit nulla, iam non est sententia nec excommunicatio, neque quoad Deum, neque quoad Ecclesiam, ut docet Palud. in 4. sentent. distinct. 18. qu. 1. versic. quantum, ad revertitum, concl. 2. & Beatus Antoninus Archiepiscopus Florent. in sua summa, 3. part. tit. 24. cap. 73. dicens, excommunicatum nulliter denunciatum publice, non teneri abstinere à divinis nec ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis causa publicata fuerit per eum: quos & alios auctores refert & sequitur Nauar. in prælect. cap. cum contingat, de rescript. remedi. 3. pag. 160. cum seq. idem tenet Dominicus à Soto, in 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 3. in versic. nec vero secunda, pag. 943. col. 2. ubi in versic. & quinto, loquitur in terminis d. cap. constitutionem, & d. cap. statumur, de quibus nunc agimus, & tenet, quod sententia excommunicationis aduersus participantes lata ante monitionem canonicam, de qua ibi, non fit sententia nec habeat causam, ut timeatur, nec illa loquitur d. cap. sententia pastoris, idem in terminis probauit F. Antoninus à Cordub. lib. 1. questionar. qu. 43. in princ. Excommunicatio tamen nulla, nec in animæ iudicio, in exteriori vllum effectum habet, si constat eam nullam esse, ut est omnium consensu receptum secundum Couar. ubi supra, d. num. 5. in princ. in versic. & hæc quidem, sequitur etiam Angelus de Clauas in sua summa, verbo, excommunicatio, 3. §. 19. ubi intelligit hoc verum, quando notorie constat esse nullum: alias enim si hoc non constaret, quoad Ecclesiam esse timenda, ipsamque contemnens peccaret mortaliter possetque excommunicari. Idem dicit Syluester, in summa, verbo, excommunicatio, 2. nu. 1. in fin. & Ledesmus ubi sup. in princ. & Cordub. ubi supra, paulo post princ. qu. affirmans cum aliis, quos refert, hoc casu, si constiterit excommunicatio + excommunicationem esse nullam, si non aliter possit innocentiam suam ruti vel iudicialiter probare, licite posse interim non feruare eam in secreto, scandalo vitato, etiam Missam & alia diuina celebrando, & etiam publice in ea solum regione & loco, ubi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur, quod ibi cito diuulgandus sit: quod verum existimo eo casu, quo excommunicatus huiusmodi credit nunquam diuulgandum, alias fecus: si enim, quamvis non cito, crederet diuulgandum, non liceret ei, quia daret scandalum occasionem. Debet tamen constare notorie, secundum supradictos, de nullitate sententiæ excommunicationis, ad

hoc, ut ipsa non sit timenda nec obseruanda, ut præter eos tradit, plures referens Mexia in l. Regni Toliti, de los terminos, in 5. fundam. 2. part. nu. 31.

Nullitas tamen contingit in proposito, ob defectum iurisdictionis prædictam sententiam profertur, vel quia profertur post appellationem legitime interpositam, vel quia continet intolerabilem errorem iuris diuinis, vel humani, vel facti notorie communitur omnibus, vel quia fuit lata contra participantes cum excommunicatis, monitione nominatim facta non præcedenti, vel ob alium defectum, propter quem ipso iure fit nulla, ut latius prosequuntur Doctores supra citati, præcipue Paludan. ubi supra, versic. quantum, ad quartum, & Cordub. in princ. d. qu. ubi quinque casus congerant, in quibus est sententia nulla: octo refert Paulus Bozgal. de irregularitate, 6. part. quæst. 12.

Quare tamen si sapientibus notum sit, sententiam esse nullam ex aliqua causa supradicta, vltimus autem ignoret, potest in occulto coram illis sapientibus eam non feruare: in publico vero eam feruare debet, quo-vique scandalum rationabiliter sedauerit: unde si quis publice excommunicetur & nulliter denuncietur, tamen aduerso publicè ipse sufficientem causam nullitatis ad euitandum scandalum: quo facto, si aliquis tunc scandalizetur, non erit scandalum pusillorum, sed Pharisæorum, ut colligitur ex præfatis auctoribus.

Cum igitur excommunicatio generalis lata aduersus communicantes excommunicato, monitione specialis, & nominatim facta minime præcedere, sit ipso iure nulla, ut supra est dictum: Ergo licet praxis eam formam introduxerit excommunicandi generaliter communicantes cum excommunicatis, non vero nominatim, poterunt participantes eidem se non habere pro excommunicatis publicandos nullitate prædictæ sententiæ ad sedandum scandalum, si aliquid subortum fuerit, hocque faciendo, poterunt deponere scriptulum atque prædicare sententiæ nulli non parere, quoad iure nominatim excommunicatis: præcipue cum vsus hoc idem introduxerit, secundum Nauar. ubi supra, in d. Manual. & cum excommunicatio supradicta generalis, quoad alia, ut prædixi, operari queat. Quod si aliquis adeo timidus sit, ut prædicare scriptulum deponere non possit, abstinere se à communicatione cum excommunicatis, parendo sententiæ, quod si aliud fecerit, perat absolutionem ab eodem iudice, eaque vtatur & caueat, ne iterum incidat contra propriam conscientiam: iure tamen verius & receptius est, ut prædixi, requiri monitionem specialem nominatim factam eorum, qui monendi sunt, ne communicent cum excommunicatis, ad hoc ut aduersus eos ob hoc sententia excommunicatiouis maioris ferri possit, prout fit & feruatur in Lusitania: praxique tunc erit meo iudicio, ut pars dicat & nominet personas certas, quibus sit præcipiendum sub pena excommunicationis maioris, ne communicent cum excommunicatis, & iudex eisdem præcipiat, ut intra trium vel sex dierum spatium, quos pro tribus canonicis monitionibus eisdem assignat, se abstinere à communione illorum, eisdemque minime communicent sub pena excommunicationis maioris lata sententiæ, quam ex tunc aduersus illos pronuntiat, si contrarium fecerant, hocque illis intimitur, qui facta, transacto illo termino, si excommunicatis communicauerint, præfata censura in eos lata ligati manebant.

S V M M A R I V M.

1. Episcopus siue eius Vicarius generalis, potest absolueré subditum à sententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reseruata.
2. Idem est excommunicatione lata per constitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice.
3. Idem

3. Idem obseruandum est in suspensione lata ob contumaciam, & non in penam, sine termino & reservatione.
4. Episcopus non potest absolueré à suspensione lata in penam alicuius delicti, etiam à iure, siue temporalis siue perpetua sit.
5. Limitatur tamen in suspensione imposita ob adulterium vel alia minor delicta.
6. Episcopus non potest absolueré à suspensione temporaria intra tempus.
7. Suspendio ad tempus lata, tollitur elapso illo tempore absque aliqua absolutione.
8. Interdictum ad tempus latum, lapso tempore cessat.
9. Episcopus non potest dispensare circa suspensionem vrenny, quam incurrit parochus, qui inter fuit matrimonio clandestino.
10. Episcopi nequeunt contra concilia dispensare.
11. Episcopus potest absolueré à sententia excommunicationis, que ob manum violentarum iniectioem in clericum, ob leuem, & modicam iniuriam incurritur.
12. Ita leuis iniuria potest esse ex iniectioem manuum prolellarum in clericum, ut non perueniat ad peccatum mortale, sed veniale.
13. Non incurritur eo casu sententia excommunicationis, cum ea non incurritur, nisi ob peccatum mortale.
14. Iniuria leuis que dicitur in proposito, ut Episcopus à sententia excommunicationis ob eam absolueré possit, relinquatur arbitrio Episcopi.
15. Extraneus, que Ioanni XXI. tribuitur, quamvis male, refertur, declarans, que percussio dicitur leuis in proposito.
16. Enormis lesio in proposito qua dicitur excessus notorius, quando dicitur enormis lesio, ibidem, numero 17.
17. Leuis est percussio, à qua absolueré potest Episcopus colaphus, quem impiegi capellanus perpetuo canonice Ecclesie præfina.
18. Percussio clericorum, qui sibi ipsi in itinere pugnos & pedes impegerunt, leues sunt.
19. Parochus an absolueré possit subditum à sententia excommunicationis maioris, cuius absolutio alteri non est reseruata? & num. seq.
20. Inferior potest absolueré à sententia excommunicationis lata per constitutionem Episcoporum & aliorum inferiorum, quando alteri non est reseruata.
21. Suffraganei possunt absolueré à sententia lata per Concilia provincialia, quinimo, & sui Sacerdotes: id possum.
22. Religiosis est prohibitum absolueré excommunicatos à canone, nisi in casibus à iure expressis, propter privilegia Sedis Apostolica concessa.
23. Par inu, & soluendi & ligandi est.
24. Excommunicatio est meri imperij.
25. Absolutio ab excommunicatione, est etiam meri imperij.
26. Absolutio à sententia excommunicationis maioris, est reseruata solis Episcopis.
27. Concordia in questione principali inter vtramque opinionem assumitur.
28. Facultas in diplomate Cruciate concessa ad absoluerendum ab excommunicatione, satisfacta parte, non est amplior, quam verba sonant, unde absolui non potest virtute Bullæ, qui ob impotentiam soluere non possit, quamvis hic quoad Deum sit absolutus.
29. Nomine partis in proposito non intelligitur iudex, ut exemplo hic posito Episcopi præcipiente sub pena excommunicationis alicui, ut iret ad processionem vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, nam posset hic inconsulto Episcopo, per privilegium Cruciate absolui, nisi persequeret in rebellionem, retinendo concubium

nam contra præceptum Episcopi, hic namque, quousque eam relinquit, non potest absolui.

31. Hic excommunicatus, non data rebellionem, non tenetur soluere iura iudici nec rebellionem, ad hoc, ut possit absolui.

32. Appellatione sententiarum veniunt excommunicatio, suspensio & interdictum.

33. Prelatus proprius potest absolueré ab excommunicatione incurfa à iure, extra suum Episcopatum, & parochiam.

CAPVT V.

Parochus an possit absolueré sibi subditum à sententia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reseruata?

Episcopus tamen siue eius Vicarius generalis, regulariter potest absolueré subditum à sententia excommunicationis lata à iure; nulli tamen reseruata: textus est celebris in cap. nuper, de sentent. excommunicat. in §. in secunda, ubi Quannus enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus: quia tamen conditor canonis, eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi: qui textus ad hoc singularis est secundum Cardinalibus & Barbat. in cap. 2. de solut. notat Abb. in cap. graue, col. ult. num. 13. deprehend. late Felin. in cap. pastoralis, §. præterea, num. 9. de offic. ordinari. Abb. Felin. & Dec. in cap. si clerici, §. ult. de indic. refert plures Nauar. in Manual. Lat. in cap. 27. num. 39. ubi proprium Prælatum intelligit, Papam, Episcopum, Capitulum sede vacante, & alium quemvis Prælatum exemptum Ecclesie regularis aut secularis, qui dicuntur habere iurisdictionem quasi Episcopalem, iuxta glossam receptam in clement. 1. de reb. Eccl. non alien. & etiam quibus alius non exemptus habens iurisdictionem in foro exteriori: estque communis opinio, ut testatur Didacus Couaruias in c. alme mater, §. par. vel. §. 12. num. 4. de sentent. excommunicat. lib. 6. Amplians, tamen ut etiam procedat in excommunicatione lata per constitutionem inferioris, conformatam tamen à Romano Pontifice: idem lateque differit, an sit in excommunicatione lata per sententiam hominis generalem, alteri absolutione minime reseruata: qui cum Imo. in d. cap. graue, col. 4. aduersus alios, quos refert, partem affirmatiuam probat, ob generalem permissionem text. in d. cap. nuper. Idem obseruandum est + in suspensione lata ob contumaciam, & non in penam delicti absolute, sine termino & reservatione, siue iure communi siue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, ab ea namque Episcopus siue eius Vicarius absolueré poterit, argumen. d. cap. nuper & cap. ex literis de constitut. secundum Innocent. in c. 2. de solut. gloss. in clement. 1. §. verum, verbo, excommunicationis sententia ubi, sed quid sit tempus, de heretic. estque communis secundum Nauar. in d. Manual. cap. 27. num. 162.

Ex quo primo deducitur, quod Episcopus non potest absolueré à suspensione lata in penam alicuius delicti, etiam à iure, siue temporalis siue perpetua sit, ut tenet gloss. in cap. cupientes, §. ceterum, verbo, suspensos, de elec. & probat bene Abb. in c. 2. de solut. & in cap. nam literis de resib. quem ibi sequuntur Aretin. & Felin. altius respondens quam in d. cap. nuper & in d. cap. pastoralis, §. præterea, ubi aliud dicit, eo quod non satis perenderat dicta Panormitani, ubi supra, ab omnibus recepti, qui ea diligenter expendunt, ut refert Abbatem sequutus Nauar. ubi supra, d. num. 162. aduersus Syluester. in summa verbo, suspensio, quæst. 8. & alios, qui

sibi ipsi contradicunt, dum sequuntur Abbatem tenentem contrarium eius, quod ipsi tenent: sed præfatam primam deductionem sequuntur alij allegati per Didacum Couarruiam in 4. de sponsal. 2. part. cap. 6. in 5. princ. num. 15. Limitatur tamen in suspensione imposta ob adulterium aut alia minima delicta, tunc enim in ea Episcopus poterit dispensare, iuxta notata in cap. ut si clericus, §. de adulteris de iudic. tenent Abb. & Nauar. ubi supra

6 Secundo + ex superioribus fit Episcopum non posse absoluerè à suspensione temporaria intra tempus pro quo est imposita, iuxta suprad. gloss. in clementin. 1. §. verum, de heretic. verbo, excommunicationis, in versio. dic. contra quam ibi sequuntur omnes, & Bernard Diaz de Luc. in sua pract. crimine canonico. cap. 67. Dicit singularem Abb. in c. quomuis sit graue, de excessib. Pralat. idem in d. cap. iam licetis, eolum. 2. de resib. vbi asserit eam esse communiter approbatam, tamen ab ea discedat: sequitur Felin. in d. cap. nuper, & Henr. Botteus in tract. de Synodo Episcopi 3. part. artic. 5. num. 1. q. 2. vbi dicitur in d. d. fol. 2. 55. & Couar. ubi supra, d. num. 1. §. referens esse communem ex Abb. ubi supra.

7 Hæc + tamen suspensio ad tempus lata, tollitur elapso illo tempore in ea designato, absque aliqua absolutione, gloss. in clement. 1. de decim. versio. donec, dicens focus esse in excommunicatione ad tempus lata sequitur plurimos referens & affirmans hanc esse communem opinionem, Couar. ubi supra num. 16. aduersus

8 Alciatiu probare nitentem, tamen esse in excommunicatione, quod in suspensione. Ampliatque Couarruias præfatam communem in interdico ad tempus lato: Nam lapsio tempore, illud cessabit, absque iudicis relaxatione vel absolutione, iuxta glossam insignem in cap. non est vobis, de sponsal. à qua Doctores ibi non recedunt, etsi Ripam in cap. 1. notabil. de iudic. in interdico diuersum esse opinetur.

Tertio, ex supradictis deceptur verus intellectus ad textum in cap. cum in iudicio, §. fin. de clandestin. desponsat. vbi probatur t quod Sacerdos parochialis aut quilibet, etiam regularis, qui interfuerit matrimonio clandestino, suspendendus est ab officio per triennium aut grauius puniendus, si culpe qualitas postulauerit: Nam etsi Cardinal. & Præposit. ibidem num. 11. extulimauerint, Episcopum absoluerè posse ab illa suspensione, cum non sit referata Papa, iuxta dict. cap. nuper, & doctrinam Innocentij in d. cap. 2. de solutionib. communiter approbatam, vt supra vidimus: at tamen cum pena hæc suspensionis temporaria sit, nempe ad triennium, & præterea non ob contumaciam, sed in peccato delicti, non poterit circa eam Episcopus villo modo dispensare nec eam ante tempus tollere, vt supra est dictum: & ita in terminis d. §. fin. aduersus Cardina. & Præpositum tenet Bernardus Diaz ubi supra, quem summis laudibus allegat & sequitur Couarruias ubi supra nu. 14. & 15. addens tertiam rationem, eam nempe: quod illa sit constitutio à Concilio condita: t &

10 Episcopi nequeunt contra Concilia dispensare, ex frequentiori sententia Dd. in d. cap. ut si clericus, fin. de iudic. vbi Felin. n. 5. tradit late Petr. Duen. in reg. 248. & Pet. Rebuff. in tract. nominat. 5. quest. num. 35. fol. 130. ad fin.

11 Quinimo + etiam si regulariter absolutio ab excommunicatione, quæ à iure incurritur ob manum violentarum in clericum iniectionem, reseruatæ sit Summo Pontifici, vt in cap. si quis studente Diabolo, 17. qu. 4. & in cap. 1. de sententia excommunicat. at tamen Episcopus ab ea absoluerè potest, quæ non ob enormem, sed modicam & leuem iniuriam incurritur, vt est textus expressus, vbi notat omnes, in cap. peruenit, de sentent. excommunic. Quod t non solum in proprio Episcopo locum habet, verum etiam in quocunque alio extraneo

Episcopo procedit, in cuius diocesi percussio contigerit, vt notat Innocent. in c. quod clericus, de for. comper. sequitur alios allegans deciso Capella Tolos. 23. incipien. nem fuit quæsitum, si Calanum & Ferdinandus de Loares in allegat. iuris pro Marchion. de los Velez, in 1. dubio. in vlt. sua part. fundam. num. 96. pag. 229. Quod si ita leuis illa sit, quæ non peruenit ad peccatum mortale, sed ad veniale tantum (nam iniuria leuis, etiam animo leuiter vlciscendi & iniuriam inferendi, t veniale peccatum est, vt ex sancto Thom. docet Couar. lib. 1. variat. resoluit. cap. 1. num. 2. idem Couar. in c. alma mater, 1. part. relect. §. 9. num. 2. de sent. excom. in 6.) nulloquam percussor clericus, etiam animum vlciscendi & iniuriam inferendi habens, ea iuris excommunicatione afficitur, quia tunc quamuis sacrilegium fit, est tamen leue ratione materie, atque ideo peccatum solum veniale & non mortale, pro quo solum potest incurri excommunicatio. Canon autem si quis suadente, supra citatus expresse supponit sacrilegium, secundum completam sacrilegij rationem, & non secundum quid, quæ sit in proprium Episcopum aut Abbatem, aut quæ magno scandalo est populo, vt cum Innocent. in cap. cum illorum, de sentent. excommunic. probat Nauar. ubi supra, dict. num. 92.

14 Secundo + infertur, non esse idem iudicium de quolibet excessu notorio, nec de ea læsione, quæ infertur in foro vel audientia publica coram iudice, aut in oculo quæ in facie in dormitorio, nisi quando percussio est in se notabilis & gignit aliquod magnum scandalum, vt aduersus gloss. & Syluest. credit Nauar. ubi supra dict. num. 92.

15 Tertio, ex + supradictis probanda venit opinio Lapi, allegat. 76. concludens leuem esse percussorem, à qua possit absoluerè Episcopus Aretinus, vel eius Vicarius, habens ab eo ad hoc sufficiens mandatum, colaphum, quem manu vacua impigit Capellanus quidam Perperus dict. Ecclesie Aretinæ, euidam canonico in eadem Ecclesia absque sanguinis effusione, tum ex di. cap. peruenit, tum etiam ex dict. extraneam. & Doct. communi traditione: tum præterea, quia absoluti possunt per Episcopum à percussione mediocri, non tamen enormi, clericis simul viuentibus in collegio, e quoniam, de vita & honestate clericorum, & ibi notat. Abb. col. 2. & eligio à suis prelatiis, vt in cap. monach. de sent. excommunic. Ergo cum percussor & ipse percussus essent in eadem Ecclesia socij, vnus Canonicus & alter Capellanus perpetuus, & singulis diebus in eadem Ecclesia ad officia & alios actus simul seruiebant, & in ipsa Ecclesia veniunt de verbis ad verbera, & sic ad dictam percussorem, merito quod tanquam communiter ac simul viuentem reputentur in proposito, ad hoc vt eos tanquam de iniuria mediocri possit absoluerè Episcopus diocesanus, vt in dict. cap. quoniam, præcipue cum potius dici possit leuis iuxta tenorem dictæ extraneam. ibi, Palma manus, &c. Et ita merito hanc opinionem probauit Nauar. ubi supra, d. n. 92. quam accepi in praxin obseruatam fuisse.

16 Quinto + infertur, eisdem rationib. veram esse Cardin. tentiam conf. 42. quem refert & sequitur Nauar. ubi supra. extimantibus, percussiones Clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugnos, & pedes impingunt in itinere, esse leues, à quibus possit absoluerè Episcopus.

17 Superest nunc, vt t ad casum di. cap. nuper, de sentent. excommunic. à quo paululum digressi sumus, reuertamur. Egit iuratus insignis quæstio in proposito illius text. an sacerdos propriis, curam animarum habens, possit absoluerè subditum à maiori excommunicatione iniuræ Pontificij vel Episcopalis, absolutione alteri minime reseruatæ: Nam quod possit, probat ille text. recte expensus, ibi; In secundo vero casu, à suo Episcopo, vel à proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: nam etsi loquatur

eius, & modum percutiendi & lædendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personæ & aliis: personæ, si est magister, iudex, prælati, pater, patronus, aut dignitas percussus iniuste à subdito aut ab alio se vilioris: quæ ex se sunt leues aut mediocres: & quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potius declares in dubio esse percussorem grauem, & ab ea non posse absoluerè, quam declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum. Hucusque sunt verba extraneantis, quam etiam in idem allegauit, tribuens eam Ioanni XXII. Couar. d. §. 9. n. 2.

16 Quo fit + primo, enorme esse læsionem, qua quis interficitur, vel membrum ei abscinditur, aut inuulne vel quasi ad suum munus efficitur, & illam, ex qua defuit multum sanguinis ex alia parte, quam naribus, vel alias vnde facile solet erumpere sanguis: præterea illam, quæ fit in proprium Episcopum aut Abbatem, aut quæ magno scandalo est populo, vt cum Innocent. in cap. cum illorum, de sentent. excommunic. probat Nauar. ubi supra, dict. num. 92.

17 Secundo + infertur, non esse idem iudicium de quolibet excessu notorio, nec de ea læsione, quæ infertur in foro vel audientia publica coram iudice, aut in oculo quæ in facie in dormitorio, nisi quando percussio est in se notabilis & gignit aliquod magnum scandalum, vt aduersus gloss. & Syluest. credit Nauar. ubi supra dict. num. 92.

18 Tertio, ex + supradictis probanda venit opinio Lapi, allegat. 76. concludens leuem esse percussorem, à qua possit absoluerè Episcopus Aretinus, vel eius Vicarius, habens ab eo ad hoc sufficiens mandatum, colaphum, quem manu vacua impigit Capellanus quidam Perperus dict. Ecclesie Aretinæ, euidam canonico in eadem Ecclesia absque sanguinis effusione, tum ex di. cap. peruenit, tum etiam ex dict. extraneam. & Doct. communi traditione: tum præterea, quia absoluti possunt per Episcopum à percussione mediocri, non tamen enormi, clericis simul viuentibus in collegio, e quoniam, de vita & honestate clericorum, & ibi notat. Abb. col. 2. & eligio à suis prelatiis, vt in cap. monach. de sent. excommunic. Ergo cum percussor & ipse percussus essent in eadem Ecclesia socij, vnus Canonicus & alter Capellanus perpetuus, & singulis diebus in eadem Ecclesia ad officia & alios actus simul seruiebant, & in ipsa Ecclesia veniunt de verbis ad verbera, & sic ad dictam percussorem, merito quod tanquam communiter ac simul viuentem reputentur in proposito, ad hoc vt eos tanquam de iniuria mediocri possit absoluerè Episcopus diocesanus, vt in dict. cap. quoniam, præcipue cum potius dici possit leuis iuxta tenorem dictæ extraneam. ibi, Palma manus, &c. Et ita merito hanc opinionem probauit Nauar. ubi supra, d. n. 92. quam accepi in praxin obseruatam fuisse.

19 Quinto + infertur, eisdem rationib. veram esse Cardin. tentiam conf. 42. quem refert & sequitur Nauar. ubi supra. extimantibus, percussiones Clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugnos, & pedes impingunt in itinere, esse leues, à quibus possit absoluerè Episcopus.

20 Superest nunc, vt t ad casum di. cap. nuper, de sentent. excommunic. à quo paululum digressi sumus, reuertamur. Egit iuratus insignis quæstio in proposito illius text. an sacerdos propriis, curam animarum habens, possit absoluerè subditum à maiori excommunicatione iniuræ Pontificij vel Episcopalis, absolutione alteri minime reseruatæ: Nam quod possit, probat ille text. recte expensus, ibi; In secundo vero casu, à suo Episcopo, vel à proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: nam etsi loquatur

in absolutione ab excommunicatione minori, ratio tamen generalis illius text. idem concludit in sententia excommunicationis maioris à iure. Primo, quatenus æquiparat potestatem Episcopi & parochi in absoluerendo ab huiusmodi excommunicatione nemini reseruatæ: ergo poterit parochus absoluerè, vt Episcopus ab excommunicatione maioris, lata per canonem etiam pontificium. Secundo, quia hæc potestas absoluerendi hoc casu concessa Episcopo & parochio, tantum dependet ab eo, quod conditor canonis excommunicationis absolutionem sibi specialiter non retinuerit: nam eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi, vt in d. c. nuper. Ergo idem procedit, siue excommunicatio iuris sit minor, siue maior. Tertio, quia excommunicatio est censura, quæ à iure imponitur ratione peccati rationeque illius incurritur: ergo quantum est ex natura excommunicationis, quocunque haberet iurisdictionem absoluerendi ab illo peccato, habebit etiam iurisdictionem absoluerendi ab ea censura, imposita penitentia: sed parochus habet iurisdictionem absoluerendi à peccatis mortalibus subditis: ergo & ab illa excommunicatione: & ita hanc partem probat Innoc. & Hostien. in dict. cap. nuper. & sanctus Thom. in 4. sententiarum, distinct. 18. q. 2. dubio 3. Est communis secundum Maior, ibi, & sequatur Summis, vt constat ex Syluest. in Summa, verbo, absolut. 1. quest. 5. & alio, quos refert Didacum Couar. in d. c. alma mater, 1. part. relect. §. 12. n. 5. vbi refert etiam esse communem, dicens in rigore dispensationis satis defendi posse hanc Theologorum sententiam, quam etiam communem esse profiteretur Nauar. in dict. Manual. Latin. c. 27. num. 39. dicens iuxta eam prædic consulti esse: eam etiam probat Domin. à Soto in 4. distinctione 22. qu. 2. artic. 3. pag. 961. vbi loquitur in excommunicatione lata à canone vel Concilio: Idem probauit Paludan. dist. 18. quest. 5. artic. 1. in excommunicatione lata t per Episcopum & aliorum quorum, & in quocunque inferiorum constitutiones, vt ab ea inferior absoluerè possit, quando alteri non est reseruatæ: quod & probat, plures referens, amplians in suspensione: & interdico Henricus Botheus in tractatu de Synod. Episcopi 3. part. artic. 5. num. 1. & 2. volum. 2. tract. aduersus doct. fol. 234. & Petrus Duennas in regula 252. Idem est in sententiis latis per Concilia provincialia: nam t ab illis possunt suffraganei absoluerè, secundum Archid. in Summa, 17. distinct. in finalibus verbis, & ibi Gemin. & Præposit. Collectar. in cap. grane, num. 12. de præbend. Et non solum possunt absoluerè ipsi suffraganei, sed etiam Sacerdotes sui, vt tenet Præpositus, & Alexand. per text. ibi, in cap. si quis autem, in 2. notabil. 18. distinct. vbi limitat in aliquibus casibus, quos referunt & sequuntur Henric. Botheus & Duennas ubi supra. Sed pro contraria t parte primo facit text. in Clement. 1. de priuileg. in princip. & in extraneam. 1. §. obseruent, eodem tit. vbi prohibetur religiosis, ne absoluant excommunicatos à canone, præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis Apostolicæ concessis eisdem: ergo ad superiores spectat absolutio ab excommunicatione lata à canone. Secundo, pro eadem t parte facit text. in cap. verbum Dei, de patient. 24. distinct. 1. vbi inquit textus, quod Dominus par ius, & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permisit: Ergo qui soluendi ius non habet nec ligandi: & e contra, qui condemnare non potest, absoluerè non potest, vt docet gloss. ibi: sed parochus non habet ius ligandi, ergo nec absoluerendi ab excommunicatione. Tertio t facit, quia sicut excommunicatio est meri imperij, vt notat Innocent. in cap. transmissam, in finalibus verbis, de elect. & ibi Cardinal. quest. 7. & Abb. eolum. final. idem Cardin. in cap. quoad sedem, qu. 2. & in cap. pastoralis, 3. notabil. de offic. ordinarij, & in

cap. perpendimus in rep. et. column. 17. versic. circa hoc, de sententia excommunicat. Bertach in tracta. de Episcopo, 1. part. lib. 4. q. 11. Abb. in d. c. quoad sedem, column. fin. & in c. cum contingat, column. 5. versic. & nota, eodem tit. ubi dicit, quandoque etiam non esse meri imperij, scilicet, quando profertur ad instantiam partis, Purpur. in l. imperium, n. 130. ff. de iurisdic. omni. iudic. ita etiam et absolutio ab excommunicatione, est meri imperij, auctore Purpura. in l. libere cauere, column. 4. versic. ampliatur tertio. ff. de iurisdic. omni. iudic. sequitur alios referens Henricus Botteus in tract. de Synodo Episcopi, 3. part. art. 5. n. 6. volum. 2. tract. diuersi. doct. fol. 235. Sed parochus non habet merum imperium: ergo absolute non potest ad praed. excommunicatione. Et in terminis, quod absolutio ab excommunicatione maiori sit referuata folis Episcopis, tenet gloss. in cap. 2. verb. referuntur, de penitent. & remiss. lib. 6. communiter per omnes ibi recepta, vt referunt Henric. Botteus & Conar. ubi supra, ille numerus, hic dist. §. 12. num. etiam 5. plures auctores huius sententiae referentes, & inquit Courruyas ibi, quod communis praxis eam recepit, responder ad text. in dist. cap. nuper. (ubi etiam Abb. tenet hanc secundam partem) intelligendum fore in absolute ab excommunicatione minori, quoad sacerdotem parochialem, & quoad Episcopum in absolute ab excommunicatione maiori, propter distinctionem iurisdictionis.

18 Quid tenendum? Porro vtraque opinio ex supradictis probabilis videtur: mihi tamen prior communior & verior atque tenenda videtur, intelligendum tantum in foro penitentiali, quo casu respectu parochi loquitur text. in d. c. nuper, cui praecipue nititur praefata sententia commun. Theologorum, vt constat ex eo ibi, *Post sint per confessionem a simplici sacerdote, &c.* Nam in foro exteriori tenenda est absque dubio secunda sententia supra relata, etiam communis: & in terminis ita noue tenet Nauar. ubi sup. d. c. 27. n. 39. cuius in hoc concordia mihi verissima videtur, addendo cum sancto Thoma, quod praed. sacerdos simplex non potest hoc facere sua auctoritate, sed vt commissarius deputatus, vt in d. c. nuper, in fine, qui ad hoc est quasi expressus: cum bulla autem Cruciate indubium est, sacerdotem alias approbata ab Episcopo posse ab excommunicatione maiori vel minori, iure vel ab homine, satisfacta parte, absolute: quae non autem superius diximus, procedunt absque bulla alioque privilegio, praeter in dicto cap. nuper, contentem Maxime et tamen aduertendum est, quod facultas in diplomate Cruciate ad absolute ab excommunicatione concessa, satisfacta parte, non est amplior, quam verba sonant: consequitur ergo, quod virtute dictae bullae, si aliquis esset excommunicatus pro furto vel alio debito, si non esset soluendo, absolui non posset ab excommunicatione, licet quoad Deum esset absolutus propter impotentiam: illud namque arbitramentum, an excommunicatus possit soluere, necne, Papa memini sacerdotum commisit, sed soli iudici excommunicanti referuatur:

30 sicut et nec virtute bullae sacerdos potest absolute ad reincidentiam: ita Domin. a Soto in 4. dist. 22. quaest. 2. art. 3. pag. 960. col. 2. vers. praeterea, ubi etiam addit, quod nomine partis non intelligitur iudex, & ideo si alicui Episcopus praecipisset, vt sub poena atque sententia excommunicationis iret ad processionem vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, posset hic, inconsulto Episcopo, per privilegium Cruciate absolui, si tamen non persequeretur in rebellionem, sed sit res, quae iam transiit: nam si praecipit, vt relinquit concubina, quouique eam relinquit, non potest absolute: neque tenetur soluere iura iudicum vel tabellionum, licet a iudice minime absolueretur, nisi eis solutis: nihil

lominus tamen absolui potest per diploma Cruciate, sine eorum solutione. Secus si condemnatus iam esset ad soluendam aliquam poenam, siue pecuniariam, siue aliam: & ita est tenendum, quamuis Magister Medin. in sua Summa, lib. 2. cap. 12. fol. 303. teneat, quod licet opinio Dominici Soto ubi supra, cuius meminimus supra num. 20. sit valde probabilis, contraria tamen & sic affirmatiua, probabilis etiam sit & mitis, & quod ita sequi potest: nam mihi opinio Soto praed. verior videtur, & tenenda, non vero contraria. Et quamuis contrarium prius tenuisset Nauar. in Manual. c. 27. nu. 47. & 48. tandem in fine d. nu. 48. citat Sotum ubi sup. dum tenet nostram opinionem, quam supra dist. nu. 29. tenuimus, & cum ea remanet: praeterea quod ipse Nauar. dist. num. 47. loquitur in articulo mortis, quo casu nulla datur referuatio vnde minus recte eum generaliter sine mentione articuli mortis refert & sequitur, ad praedicta non aduertens, nouissime Emanuel Roderic. in explicatione bullae Cruciate, §. 9. n. 52.

Non obstant et tex. in d. Clem. 1. & in d. extrauag. 1. §. 2. obseruans, de prinil. pro secunda parte adducti, quoniam loquuntur in religiosis, qui non possunt absolute a sententia statutorum Synodaliu, vt in d. Clement. 1. & appellatione sententiarum veniunt excommunicatio, suspensio & interdictum, secundum gloss. ibi, verb. sententia, cuius est opinio communis secundum Henr. Botteum ubi supra nu. 4. aduersus Cardinal. ibi tenentem, appellatione sententiae ibid. possunt comprehendi tantum sententiae excommunicationis, non vero suspensionis & interdicti Non obstant secundum, & tertium fundamenta secunda partis, quia procedunt in foro exteriori, in quo & nosidem fatemur: & praecipue, quia licet parochus excommunicare nequeat auctoritate tamen, quae potest absolute a peccatis, potest & ab excommunicatione nemini referuata: ad quam absoluteionem ex natura rei sequitur suffragiorum resistitur. Quibus addendum duxi, quod prelati proprii potest absolute ab excommunicatione incursa iure extra suum episcopatum & parochiam, secundum Feder. de Senis conf. 16. & Abb. in c. graue, col. 3. de praeben. communiter receptum secundum Nauar. ubi supra, dist. n. 39. in fine.

Superiora intelligenda sunt & procedunt in absolute ab excommunicatione maiori a iure vel statuto Episcopi incursa nemini referuata; alias enim ille, cui est referuata, debet eam concedere secundum omnes; excommunicatus tamen ab homine, ab eo solum potest absolui aut eius successore, superiore vel delegato, vt in c. pastoralis, §. praeterea, de offic. deleg. praeterea in casibus relatis a Nauar. ubi supra, n. 40.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochus potest absolute suos subditos a sententia excommunicationis minoris, quae regulariter a iure inferretur.
- 2 Sacerdos quilibet, etiam absque privilegio, idem facere potest: sed contra n. 7.
- 3 Presbyteri in sua ordinatione accipiunt facultatem absoluedi a peccatis, saltem in habitu.
- 4 Illa habitualis & inefficax facultas reducitur in actualem & efficacem, per legitimam subiectionem penitentis.
- 5 Confiteus autem legitime se illi subicit, si cum licentia expressa vel tacita proprii sacerdotis id faciat.
- 6 Credendum est hanc licentiam tacitam habere a lege vel legislatore, eos, qui venialiter tantum peccauere, nunquam fuisse Presbyteris id ademptum.
- 7 Contritio de venialibus necessario habenda non est, nec confessio facienda.
- 8 Hodie post Concilium Tridentinum nullus, etiam regularis,

gularis, potest confessiones secularium, etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputatur, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, nisi illud videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicatur, & approbationem quae gratis deur, obtineat.

9 Hodie post dictum Concilium Tridentinum, Doct. vel Licentiarum in Theologia vel iure Pontificio, non poterit audire confessiones, nec predicare absque licentia Ordinarij.

10 Simplex sacerdos potest absolute a peccatis venialibus, & qua ratione id possit.

11 Diaconis, & non solum simplex sacerdos habens iurisdictionem, potest absolute ab excommunicatione minori, multo magis quam a maiori.

CAPVT VI.
Absolueri quis possit a sententia excommunicationis minoris?

1 Sacerdos curam animarum et habens, potest absolute sibi subditos a sententia excommunicationis minoris, quae regulariter a iure fertur, prout contingit propter participationem cum excommunicato: text. est expressus in c. cap. de sentent. excommunicationis, ubi omnes communiter Doctores hoc profitentur, & S. Thom. in 4. sentent. distinct. 18. q. 2. art. 2. Syluest. alios allegans in Summa, verb. absolutio. 1. num. 3. & Couarr. in cap. alma mater, 1. part. §. 12. m. 6. Domin. a Soto in 4. distinct. 22. q. 2. art. 3. pag. 960. col. 1. in versic. tertium.

2 Dubium et tamen est; An idem etiam possit facere quilibet simplex sacerdos, etiam non sit parochus proprius ipsius excommunicati, deficiente bulla Cruciate, vel alio privilegio Apostolico, vel etiam licentia Ordinarij, cuius virtute tamen possit absolute a peccatis, Nam si illud adesset, res proculdubio erit in partem affirmatiuam. In dubio igitur praefato videtur, etiam absque privilegio Apostolico, vel licentia Ordinarij, pars affirmatiua verior, eo quod quilibet simplex sacerdos non parochus possit quemcumque a peccatis venialibus absolute, vt est communis omnium atque concors sententia, vt est infra articulo apparet, qui id probant, etiam post Concilium Tridentinum, de quo infra: quilibet enim sacerdos, ipso quilibet iure diuino, vel humano, habet iurisdictionem ad praestandum absoluteionem Sacramentalem a venialibus peccatis, illaque absoluteio est verum Sacramentum secundum omnes. Presbyteri enim in sui ordinatione accipiunt facultatem et absoluedi a peccatis, saltem in habitu, vt tenet Hostiens. in Summa de penitent. §. 3. Panor. in Clem. 1. de privileg. post Collect. in cap. omnis, verbo, proprium, q. 12. de penit. & remiss. Et est communis opinio secundum Stephanum Aufser. in addit. ad Capell. Theolof. decis. 221. Nauar. eos referentem in c. placuit, num. 25. de penit. distinct. 6. ubi cum eisdem tenet, quod illa habitualis & inefficax facultas et educitur in actualem, & efficacem, per legitimam subiectionem penitentis. Confiteus autem legitime se illi subicit, si cum licentia expressa vel tacita proprii sacerdotis id faciat: & et credendum est eos, qui venialiter tantum peccauerunt, habere hanc licentiam tacitam a lege vel legislatore, imo nunquam fuisse Presbyteris id ademptum, quia nulla est tunc necessaria eruditio nec prudentia in confessorio ad medicandum & consulendum penitentem, qui tantum venialia peccata habet, sed sola licentia pronuntiandi verba sacramentalia, vt docet Nauar. ibidem n. 23. addens, quod neque contritio de venialibus habenda est necessaria, nec confessio faciendi, vt omnium fere est vna sententia in dist. c. omnis & in 4. dist. 17. & Victor. in Summa de confess. quaest. 128. & tradit S. Thom. in 3. part. qu. 87. art. 1. dum defini-

nit ad eorum deletionem sufficere quandam virtualitatem penitentiam, etiam talem, quae ad deletionem mortaliu non satis esset, & secundum hanc doctrinam Diuini Thomae intelligendus est Natur. modo citatus, tenens generaliter, non esse necessarium contritionem de venialibus: hoc siquidem de illa penitentia, quae de mortalibus est necessaria, intelligendum est, non vero de virtuali, quae ad venialia requiritur, vt optime explicat S. Thomas ubi sup. Ergo quemadmodum sacerdos electus ab eo, qui tantum venialia peccata habet, potest eum absolute ab illis, ita & ab excommunicatione minori, quam propter illa venialia incurrit. Et in terminis hanc partem affirmatiuam tenere videtur gloss. in c. si quem, quod est penit. de sentent. excomm. gloss. magna, ibi, Cum vero a ratione infirmitur minor excommunicatio, per simplicem Sacerdotem potest absolui, & sine iuramento, vel aliquo mandato: sed eam ex professo probauit Nauar. in d. c. placuit, dist. nu. 25. & in Manual. Lastri. c. 27. nu. 39.

His tamen non obstantibus, contraria sententia est verior, communis & tenenda, imo quod ab excommunicatione minori absolute minime possit simplex sacerdos, qui non sit parochus proprius excommunicati; Nam ipsi proprio parochi, qui potest absolute a peccato mortali vere est censura & vinculum Ecclesiasticum, quod incurritur a iure: censura autem est actus iudicialis, ac proinde non potest absolute ab ea fieri, nisi per eum, qui iurisdic. habeat. Nec obstat, quod quilibet sacerdos, etiam non proprius penitentis, possit eum absolute a peccatis venialibus, iuxta receptissimam & vera omnium sententiam sup. memoratam: quoniam, etsi hoc possit facere simplex sacerdos ab aliis venialibus, non tamen potest absolute eum a participatione cum excommunicatis, eo quod quamuis participatio illa sit peccatum veniale, absolute ab illo, antequam a censura & excommunicatione minori, esse recipere ad Sacramentum eum, cui prohibitum est recipere Sacramenta, quare ab illo peccato eum absolute non potest, qui non valet a censura absolute: vnde cum participatio haec sit excommunicationis subiecta, ad quam soluendam iurisdictioni necessario requiritur, quae tamen eidem simplici sacerdoti deficit, is nihil facit, si ab ea absolute pretendat: non sic a reliquis peccatis venialibus simplicibus non habentibus annexam censuram; ab eis siquidem absolute poterit, quia penitentens se ei submittit in materia non necessario consentenda, qualis est peccatum veniale, hoc siquidem homo non tenetur confiteri: ex quo enim confitens peccata venialia solum habet, obtinet, vt se possit confitendo submittere, cui maluerit sacerdoti, quia nulli tenetur de illis confiteri: quia quamuis ad venialia remittenda veraque potestas requiratur, satis est, si praefuerit potestas ordinis, quia ad venialium peccatorum absoluteionem potestas iurisdictionis non tamen ex hoc est privilegiata, vt possit a quouis sacerdote maluerit, absolui a vinculo Ecclesiasticae censurae, quinimo tenetur de ea querere, & obtinere absoluteionem, ante absoluteionem a quibuscumque peccatis & cuiuscumque Sacramenti susceptionem, & propterea oportet recurrere ad ministrum Ecclesiae, habentem alias potestatem iurisdictionis. Ita in terminis tenet Caietanus in sua Summa, verbo, absoluteio ab excommunicatione, ultimo, pagin. 20. 21. & in verbo, excommunicatio minor, qua indicat incommoda, pagin. 344. cuius sententia in hoc principa- fra videbimus, eius tamen ratio atque fundamentum non supponit, nisi primo supponit, confessio- iam non conuincit. Nam primo supponit, confessio- lario ad absoluteionem a peccatis venialibus, tantum sufficere

